Nobilissimo Johanni Christophoro à Schönborn Arnstedt S.

Generose, Nobilissimeq; Domine. Spem, sed non votum praeter
acceptissimae Tuae somnum mihi hoc mane excussere. Jucundae
num fuerint, non est quod quaeras, et ob id vel maximè, quod
dolori Tibi sleam, quam jaceo, vivendi prodant. Judicio id mihi,
necdum omnem vobis Gryphium excidisse, jurati, si quid, maximè
iis adhuc esse cordi, qui mihi curae cordiq;. Caeterum ut vivam,
scribere quid attinet, didicistis opinor, quid intersit inter pro-
priam et alienam opem, et quam non soleam unquam conque-
ri, novit, qui me novit. Nummos vos domo accepisse, nec
accepisse, gratuler an doleam? Sed FERENDUM, FERENDUM
ô Noster! Hae olim inter secundiores laetitiae animum motu
subibunt, nec dolebit

— — — — per quicquid acerbum

Infandum, grave, triste, ingens — —

in honoris arces penetrâsse. Ad diecculam vos invisere
saepius mihi jam decretum, sed jam navi proximo injicit ma-
num penuria, domumq; retrahit. Ephemerides jam alte-
ras vestro missu accepi, et (: vis seriò tecum loquar? vis
certè:) quotquot apud Batavos hanc Helenam procantur, inde
cum ratione insanire didici. Ortelii tabulis mirum
quàm indigeam! Rediturus ad nos hasce quaeso, tecum adfer,
ego pretium optima et tibi jam spectata fide rependam.
Satyram habet Laurentius venalem, NESCIS, QUID SERUS
VESPER VEHAT. in 4to, hanc adjunge, vel praemitte, puto
duarum aut trium chartarum fore opusculum. Novi quod
adjiciam vix habeo, nec Tu Amstelodami, in orbis fermè
theatro habuisti. Disce tamen Cl. Boxhornium nuper de
victoria Batava dixisse (: id quod et Vossium Amstelodami
fecisse novimus:) Borussorum quorundam sumtus et in-
genia festis ignibus lusisse. Straechwitium pecuniâ nu-
per ditem jam pecuniarum inopem. Petrum Lossium
Dantisci vixisse (: quam densè morimur!) et ipsis D.
Michaëlis feriis elatum esse Duschkium, jam ad maternos
lares rediisse, et ut domestica adjungam, culinam hospi-
tis nostrae nuper ruinam fecisse, at ex iisdem ruderibus
angustiorem vel augustiorem resurrexisse. Salve à
Fratre gratissimum, salveat et ille meo nomine. Salveri
à Nobilissima Parente, id quoq; gratissimum, at à sua-
vissima sorore vestra salutari, id per mihi mirum; praeter

solitum quippe facit, adeoq; vix adducor, ut credam salutari me
à vestra sorore. salve et vale   animæ pars magna meæ !!

P.S. die Wirthin läst Mons. Georgio
Friderico den Untergang pennaletri, fin-
äufferung, Bedrawung und wunderliche
Außforderung ihres häuslich vermelden.
Ich habe schier eine tragoediam darvor
geschrieben, doch muste ich ablassen, und den
neüs reeidivs gratuliren. Mr. Schollier ver-
langet trefflich nach Euch. dieser Westindien
ist neulich Bodewe wieder zurück kommen,
ist aeger corpore, et quod plus est, animo ob rem
non admodum belle gestam. Leiden 20. 9bris 1639.

P.S. Vergangene nacht ist ein schröckliches tumult zu Leiden vorge-
lauffen, und in selbigem sind nebenst unzehlich andern die fenster
in einer Stube etwas beschädiget, worüber der lange Liefländer
nechst uns wohnhafft gefangen worden, was weiter folgen wird, gibt
die zeit. Ich war willens Euch auf heut zu besuchen, weil aber alles in
summo motu, bleib ich zu hauß. Valete et rem bene gerite.

Inscriptio

Nobilissimo, Generoso Dno Johanni Christophoro
à Schönborn, Amico plurimum colendo
Amsterdam in die Harlemer
Kerke porte.

※ vid: Schedas anon: signo in fronte oræ pag: ※ 1639.
huc spectat.